

1307. 2. Julii. 1317

Et MS. Arch. Cap. Bloene

285.

W3

Privilegium Caroli magistri Prus-
siae generalis, quò fatetur bona Granze-
wo ad episcopum Bloensem pertinere.

89

Nos frater Carolus de Treveris generalis magi-
ster fratrum ordinis hospitalis beate Mariae Theu-
tonicorum Ierosolimitani, notum facimus uni-
versis presentes visuris eandem tenore prote-
stantes, quòd cum ante annos aliquot cum in-
clyto principe Wladislao duce Cracovia, causa col-
loqui, super diversis causis secum tenendi apud
antiquam Wladislaviam convenissemus, quam
plurimis nostris fratribus nobiscum tunc ibidem
existentibus, inter alia nostra cum ipso placita-
ta, tandem in hoc specialiter secum concordavi-
mus, quòd illa bona in Schijnijcen cum quin-
quaginta mansis circa Golubam sibi dimisimus
et assignavimus, non tamen sub alterius modi
iure aut conditionibus, quàm sub quo et quali-
bus eadem bona predicta acceperamus ab illustri
principe domino Semovitho duce Dobriniensi illi-
us germano clara memoria, ac etiam tenuera-
mus temporibus retroactis. ~~¶~~ Protestamur etiam
his scriptis illa bona Granzewo nuncupata, iux-
ta territorium Michalowo situata, detinere, imò
esse venerandi in Christo patris domini Joani-
nis Bloensis episcopi, quemadmodum scire por-
tuimus in ipsius litteralibus instrumentis super
hoc confectis, presentatis ac lectis etiam coram
nobis. In quorum testimonium nostrum sigillum
presentibus est appensum. Datum in castro san-
cte Marie anno Domini 1307. Die Croceti et
Martiniani martyrum

W. Byemusi Omytha w Roku.
poniewaz Karol zostal mistrzem
skoto R 1312. ranyto potozyc
pod R 1317.

Handwritten text in a cursive script, likely Latin or German, covering the majority of the page. The text is mirrored from the reverse side of the leaf.

Handwritten text at the bottom of the page, including a signature and date: "1502 p. 2. 1277".